



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Lib. XXVIII. Testudo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

# JOANNIS PIERII VALERIANI HIEROGLYPHICORUM

LIBER XXVIII.

DE HIS QUÆ PER TESTUDINEM, COCHLEAM,  
CANCRUM ET ID GENUS TESTACEA  
SIGNIFICANTUR

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD AMPLISSIMUM PATREM LIVIUM PODOCATHARUM  
CYPRI ARCHIEPISCOPUM.

**H**roximis hifce diebus, Ampliffime pater, cum mihi agalmatum tuorum fupellectilem aperires, antiquiffimique operis, ex are, auro, argento ducta, & marmore celata figna numismataque plurima veterum illa ingeniorum atque artium monumenta minime contemnenda delectabili fpectaculo mihi propofuiffes, habere te opera hac in delitiis, ea plurimum de caufa dicebas, quod à fuma claritatis viro Ludovico Podocatharo Cardinali Capitaqueni patruo tuo comparata congestaque fuiffent. Quem virum generofis natalibus in fignem, Medicina celebrem, Philofophia clarum, vite integritate laudatiffimum, virtutes ipfe in omni vita colore eximia, ad amplitudinem eam extulerunt. Proinde quidvis effet apud te, quod illius memoriam renovaret, five veftis, five vas, five libri, five qua tam multa extant doctrine ejus commentaria, tanquam facra omnia à te custodiri, & in honore etiam haberi: dignum quidem ejus hominis inftitutum, qui optima quaque fibi ad imitandum propofuerit. Quæ quidem cum tibi acciderent jucundiffima, eo quoque non parum delectari videbaris, quod ego multa in veterum monumentis illis, & myftica & in doctrina alioquin recessu delectentia inter fpectandum explicabam, interpretabarque: cujufmodi illud fuiife memini, quid fibi vellet Testudo Veneris fubjecta pedi: quid altem ex are cuprove Damasceni operis in ufum, ut conjeftura erit, bullæ facta, cauda quippe replicata, qua lorum aut licium transmitti poffet, atque ita geflari: quid in numis aliquot Testudo alia. Quæ tibi cum expofuiffem, poftulafii ea tibi fcripto credita exhiberi: quod quidem libentiffime feci, cum id femper ftuduerim, ut quacumque poffem ratione meum erga te animum aperire, id fedulo facerem, quod incomparabilis probitas tua, benigniffimæque comitas, & egregia quadam mentis tue fynceritas exigere videbantur. Accedebant & beneficia in me promptiffima vultus alacritate collata, & quod literatos omnes quacumque poffes occasione demereri, femper appetiffi. Sed quoniam parum me tibi præftitiffe videbar, fi Testudinis tantum fignificatam conſcripiffem, addidi ad eam quadam alia ex eodem teftaceorum genere, qua non minoris mihi vifa fuit eruditionis, quam qua Testudine fuper efferebantur. Multa enim hieroglyphica Ægyptii facerdoes ex Cancro, Locufta, Pinnis & hujufmodi aliis defumpfero, qua omnia quantum memoria fuccurrerunt, uno commentario enarrata conſcriptaque tibi dedicavi. Tu quotiens ea in agalmatas illis tuis vel cuſa, vel ſculpta inciſaque videris, aut mensis illata conſpexeris, Pierii tui memineris velim, qui te ſummo cultu, ſummaque ſemper eſt obſervantia proſecutus.

## DE TESTUDINE. CAP. XXX.

Testudo igitur, inter cruſtacea primum occupabit locum, quoniam ipſa narrationis iſtius argumentum præbuit, & pictura ejus in hoc ſymbolorum genere eſt admodum ſpecioſa.

IN

*A Plin. lib.  
9. c. 10. hæc  
omnia.*

**H**ominem in potentioris cuiusquam potestatem adeo redactum, ut nullum jam speret effugium ostendere qui volunt, Testudinem solari percussam radio, ac supernantem in aqua summo pingunt. Ipsa enim vehementioribus Solis radiis impetita ita efficitur, ut in ingurgitem delerique nequeat, idque præcipue mari Indico, & multa & magna sunt, & Solis vis acrior, unde fit ut vellicillime capiatur, vel cum in prædam mergi non possit, inedia extinguitur.

## FORTUNARUM CONTEMPTUS. CAP. XXXII.

**F**uerunt ætate nostra ingenia perelegantia, quæ cum variis fortunæ ictibus impeterentur, contra mira adniterentur alacritate, fortunæ adversæ contemptos impetus, per hominem in fragum in Testudinis huiusmodi agitata fluctibus tergus insilientem, effingerent, solari addito radio, cujus beneficio ne absorberetur accideret.

## VIRGINUM CUSTODIA. CAP. XXXIII.

*Veneris simulacrum  
à Phidias  
factum quo  
modo,  
Sumptum  
à Plutar.  
lib. De præceptis con-  
jugaliibus.*

**C**ur vero Phidias cum Veneris simulacrum Eleis ex auro & ebore conficeret, Testudinem altero relinquit interpretandum. Sedenim illud potissimum ex interpretatione prudentum fertur, Phidiam innuere voluisse, virgines custodiendas esse, conjugatas vero domus curam genere, ac tactibus nas esse debere: utramque enim id primum omnium decere, quod Plutarchus in Coniugalibus præceptis exponit, qui oportere ait mulieres à Luna diversas esse, quæ cum jam à Sole abscissa, lucida claraque cernitur, eadem cum Soli successit, evanescit, contra vero debet uxor modestia præstantum viro à cæteris conspici: eodem vero absente, domi agitare ac sese occultare. Nam & Salomon vii. cap. Sapientiæ, inter reliqua meretriciæ procacitatis signa id etiam notat, quod domi se cohibere non possit, sed publica loca, fora, plateasque celebret. Et Paulus ad Timotheum viduas damnat adulescentiores, quæ otiose discunt alienas domos perambulare. Consueisse vero mulieres testudines secum imagines gestare quas Veneri dedicarent, ex eo manifestum, quod Thessalæ matrone Lulio meretricem illam inclytam ligneis Testudinibus zelotypia concitata interemerunt in templo Veneris, magno populi conventu: ob quod facinus erexere postea templum veneris profanatae que nefanda cædem in templo admiserant, ut confessione sceleris veniam petentes Deam sibi placarent. Et id gestaminis fuisse Testudinem tuam facile crediderim, cum ita concinnata sit, ut licio suspensio possit. Apud Ægyptios autem tanta erat pudoris cura, ut mulieribus interdictum esset calcæonem usu, quo prodire palam verecundarentur, ac veluti Testudines intra sua fe testa cohiberent. Hinc Aristhenes anam nactus eludendi Atheniensium vanitatem, se nunquam solo, in quo nati essent evasisse gloriantium: *Communis hoc, inquit, habetis cum Testudine & Coibtea.*

*D. Laertius  
in eius vi-  
ta.*

## MUNIMENTUM. CAP. XXXIV.

**A**lii per Testudinis corticem munimentum intellexerunt, quod ita eam natura munierit, ut contra tela possit ipsa per se sufficere, & injurias propulsare. Hic itaque receptus, & ad omnes incensus oppositum propugnaculum, anam, dedit adagio, ut quoties aliquid valde tutum velimus innotere, imprimisque securum esse dicamus, ὄσον μέλει τῆ χελώνη μυσίων, quantum Muscarum sollicita est Testudo. Cujus omnino, felicitatem secuta Cæsariana familia, domesticum eum morem habuit, ut parva domus ejus in testudineos alveos excepti lavarentur. Quapropter Cesonius Posthumus nato jam Albino filio, cum ingentem Testudinem à piscatore muneri accepisset, vir literatus jam inde magnum spem concepit de futura filii nobilitate: curari itaque Testudinem iussit, & infantuli ministeris curari. Exemplaria Hori quæ impressa circumferuntur, in huiusmodi significatum ὄστυγος ὄστυγος habens, interpretesque Coturnicis os reddidere. Sed in manuscriptis codicibus ὄστυγος legi, quod fodiens ad hanc sententiam: Testudines enim Orygas appellatas, ὄστυγος ὄστυγος, quod fodere est, vel excavare, apud Vitruvium legas, à quarum similitudine bellica etiam machina ad fodiendos, excavandosque muros comparata, Testudinis, nomen habet: nam & Horus significati huiusmodi causam reddidit.

*Idque à si-  
militudine  
reptilis,  
quod capu-  
tunc exe-  
rit, nunc  
reducatur,  
quæ salix  
est.*

*Auctor  
Suidas.*

A turus ait, διὸν δὲ ἀδύνατον τὸ τοῦ ζώου ὄστρον, propterea quod os animalis huiusmodi difficulter admodum frangi dissolvive potest, quod in munimenti significato quid sibi velit Coturnicis os, haudquaquam video.

Unde testudineum incisum dicitur.

MORS DIFFICILIS. CAP. XXXV.

Hominem lethalibus vulneribus quantumvis alte acceptis difficilime morientem, per Testudinis abscisum caput apte pinxeris: quandoquidem tanta inest ejus carni vivacitas, ut earum caput praefertimque marinarum, avulsum, busto conniventes aliquamdiu oculos ostendet, connitenteque ad admotam manum: quinetiam si ad os eam admoveas, mordere etiam adnitatur.

SEGNITIES. CAP. XXXVI

Lias pigrum segnemque hominem, aut rei cuiuspiam tarditatem atque contationem significare qui vellent, Testudinem gradientem pingere consueverunt, quam Pacuvius feliciter Tardigradam appellavit: lento enim adeo gradu movetur, ut in proverbium emanarit in segnes & pigros. Hinc Plautinus Aegio, Testudineum hunc tibi grandis gradum, inquit, si fuisse sumptero. Et apud Ammianum lepidissimum distichon legas de Testudinis tarditate:

Θάητον ἔην λευκὸς κόρρακι, πηνάς τε χελώνας  
Εὐρέην, ἢ δόκιμον ῥήτορα καὶ παιδοκνή  
Promptius esse albos Corvos, volucesq; Chelonas,  
Quam quemquam esse probum rhetor Cappadocem.

Huc referri potest Adalgium Digeniani, Πέστερον Χελώνη πρὸς δεξιὰς τὰς ἀσπίδας. Prius testudo cursum leporem praeterierit.

Quinetiam asserunt animal hoc contagiosa adeo pollere segnitie, ut si pes ejus dexter inferatur navigio, id ire tardius credatur: quod observarunt Magi.

MORDACITAS. CAP. XXXVII.

Sunt qui mordacissimum hominem atque egregie maledicum, per Testudineum caput exertis dentibus intelligi velint: nam Testudo ore est omnium robustissimo, quippe quae quicquid dentibus apprehenderit, vel lapidem etiam perfringit ac devorat.

PELOPONNESII. CAP. XXXVIII.

IN Peloponnesium numis Testudo cudebatur: unde, ut legere est apud Pollucem, dictionem illud emanarit, τὰν ἀρετὴν καὶ τὴν σοφίαν νικᾶν τὴν χελώναν, quod in adolescentiae nostrae praeludiis nescio quibus ita transtulimus:

Quando Chelonis vincitur sapientia,  
Atque ipsa virtus, Atticum ut proverbium est.

A.T. Livio de bello Maced. lib. 6. Meminit et Plutar. in Vita T. Flamini.]

Unde obolum Eupolis καὶ τὴν χελώναν dixit. Ad id vero quod Peloponnesiaca erat moneta, lapide Testudinis cum Achaei expeditionem adversus Zacynthios meditarentur, eos admonuit, ut caverent ne more Testudinum caput extra Peloponnesum proferentes, in periculum aliquod inciderent.

DE CANCRO. CAP. XXXIX.

Testudo in numis observata, alterius numi reminisci facit, in quo Paguri forma cusa est: quare hinc ad ejus generis significata transimus,

COELI. CAP. XL.

D Cancer in numis, compabile scilicet genus id, quod corpore est obrotundiore, cuiusmodi plerique caeleste signum figurant in Zodiaco, Chiorum indicat Rempubl. Tradunt id & Pollux & alii: sed enim nisi quispiam author esset, numus argenteus id fati indicaret, in quo Pagurus is est cum inscriptione superne ΚΑΙΩΝ, inferne ΑΒΤΚΙΠΠΟΣ.

SPEI FRUSTRATOR. CAP. XLL.

Plerique hominem a pulchris inceptis desistentem, & spem omnium ignaviter frustrantem, intelligi cum vellent, Gammarum nostrum fluviale pingere soliti sunt, manu ad os ejus injecta: nam is, cum a te capi facillime posse putes, retrorsum velocissimo sese cursu ejaculatur: unde vulgo etiam in aliqua re falsus, quam se nactus arbitrarentur, Gammarorum venationem objicimus, Hac vero recessus obliquatio adeo Cancris propria est, ut Aristoph. Pace, dixerit, ὅποτε νικήσεις ἐν

Uu

καερί-

Alia  
καρκίνος  
id est, ef-  
ficiens.

καρκίνον ὀφθαλμοῦ Βαδίζου, Rectum iter ut carpat Cancer, non vicia unquam. Atque forte non deerunt  
qui dicitur hujusmodi mihi saepe negotium facessant, si unum aut alterum nostri hujus argumenti  
interpretamentum meo probabilius, quod facile poterit evenire, comperint. Neque mihi profue-  
rit, rem Latinis ingeniis hactenus intactam, excogitasse, primumque in lucem efferre, me scilicet o-  
mnia non vidisse clamitabunt, eorum, quae ex paucis didicerint obliti: cum tamen omnia ea, quae ad  
hoc negotium accommodari possunt, non una hominum vita, sed neque multa etiam secula sint in-  
dagini suffeatura.

IN CONSTANTIA. CAP. XLII.

Idque sem-  
per obliquo  
corpore, &  
in omnem  
partem  
movens  
griffum.  
Hinc

**S**Cite admodum Joannes ille cognomento Scholasticus, scalarum anacephalæosi, hominem qui  
modo risui indulgeat, modo luctui, modo austeritati atque temperantiae se reddat, modo delicat  
diffuat, & voluptatibus implicetur, Cancro æquiparavit, nunc ante, nunc retro, nunc in transversum  
gradienti, mira que vitam suam inconstantia traducendi: virque is sapientissimus, de ingenii ejusmo-  
di profectu nihil sibi quicquam pollicetur, quod ad ullam sit unquam frugem perventurum.

SOPHISTA. CAP. XLIII

καρκίνον,  
quasi  
καρκί-  
νον,  
à movendo  
capite.  
Aristonū  
de Diale-  
ctica epi-  
nio.

**E**jusdem subterfugii causa sophistam significare qui volunt, Cancrum pingunt: eos enim hinc  
animali perfimiles Plato dicit, Euthydemo, quos ubi validiori aliqua ratione devictos com-  
hensosque putes, tunc retro fugaci cursu elapsi per diverticula atque subterfugia, majorem prioribus  
bi laborem intentant, si vilem ac innanam profusam curam eos consecrandi susceperis. Sedenim non in  
Sophistas tantum, sed in ipsam etiam Dialecticam obortum est à Cancro cavillum. Nam Ariston  
Philosophus, ut eam eluderet, dicere solebat, eos qui Dialecticam enixiori conatu sectarentur, is al-  
similari qui Cancris vescerentur: cibi enim admodum exigui gratia, circa ossa tam multa numero,  
tantum laboris infumi.

SOPHISTARUM OPPRESSIO. CAP. XLIV.

Cur inter  
sydera col-  
locati Can-  
cer & Ca-  
per.

**S**pecies demum illa pictura, qua Hercules tot immanium monstrorum domitor, in opprimendo  
etiam Cancelli laborasse porticibus pene omnibus ostentatur, nihil aliud sibi vult, ut veteres  
interpretantur, quam sophisticas eas nugas hujus obtritas disciplina. Fabulose vero jocatur Plato,  
cum Herculem adversus Cancrum desudasse dicit. Quod vero Cancer sit inter sydera collocatus,  
nonnulli ea de causa confictum volunt, quia conversione regressuque tam peculiari eo in animal  
animadverso, per ejus imaginem ostendere voluerint Solis cursum: qui cum eo progressus fuerit, pe-  
trorsum auferri, ac tantumdem aufugere videatur. Veluti Caper opposta ratione confictus, quia Sol  
ab eo signo, toto poli nostri tractu, altiora petere condat: Caper enim dum pascitur, accliviora  
editioraque loca perquirat. Hujusmodi vero commentum non ex orbis totius conditione, sed ex cæli  
nostri situ sphaeraque ipsa ad arcticum obliquata excogitatum est: nam ad æquinoctialem circumum  
appropinquantibus Cancer deprimi videretur, æquinoctii signa attolli: ad id tamen faceret, quod  
Solis progressus & regressus omnino à Capricorno ad Cancrum, mox à Cancro ad Capricornum, se-  
cto duobus locis æquinoctiali, consideratur.

ARCANA REVELATA. CAP. XLV.

Qui pisces  
face vo-  
cantur.

**S**I quid vero abditum & arcanum luci proditum ac revelatum ostendere quis vellet, Pagurum &  
Sejus generis pisces, qui latebris gaudent, face apposita figurabant: constat enim eos nocturno  
tempore, ad moto lumine, de penitissimis etiam cavernis evocari. Ea vero de causa Cancri ad noctur-  
ni luminis splendorem accurrunt, quod id omne genus testacea noctu plurimum pasci solent: com-  
pertumque est plenilunio ea magis pinguescere, propterea quod liceat his tota tunc nocte pasci,  
copiosioribusque tunc escis enutriti unde pinguiores fiant: ut ii existimant, qui plenilunio nullam  
inesse vim cælitus hæc in crustaceis efficiendi, remque ita ad commodiorem naturæ rationem dedu-  
cunt, quamvis una cum Basilio Magno, magna Philosophorum pars sentiat.

INQUILINUS. CAP. XLVI.

**I**nquilinum autem hominem ostendere qui vellent, Cancellum illum, qui vulgo Gamma-  
rus dicitur, pingebant: is enim semper est concharum hospes, perque vacuas conchulas modo  
has, modo illas, prout excrescit, mutat domicilia, atque ita semper ædes alienas inhabitat.

MAGNA

MAGNA INCOEPTA IRRITA. CAP. XLVII.

*Parturunt montes, nascitur pidiculus mus. De Arte poetice.*

**A** R idiculum forte illud videatur, quod commenti sunt nonnulli, Elephantum cum Gammari cauda pingere, si magna incoepta frustra & inaniter cessisse notare vellent, non secus ac illud Horatianum est, ex montium scetura murem ridiculum enasci. Sedenim cum res ipsa det ridendi materiam, non inepte mihi videntur excogitasse hujusmodi speciem, quæ non tam significato, quam pictura ipsa risum posset excitare.

DE PINNA. CAP. XLVIII.

**Q** Uæ Pinnae commercia cum Cancellis habent, deposcere videntur, ut eas Cancro subjungamus. Nam ut Theophrastus ait, vita fortasse conchis servari non posset, nisi ope Cancri. Pinnae autem in concharum genere sunt.

ALIENÆ OPIS INDIGUS. CAP. XLIX.

**V** Irum qui se atque sua negligenter curet, neque sine alterius ope consiliove possit consulere rebus suis ostendere si vellent Ægyptii sacerdotēs, Pinnam & Cancellum parvum pingere conseruerunt: nam is in Pinna conditus in utriusque satagit usum: conchula enim præ fame patefacta, pisciculi veluti ad escam alliciuntur, quos ubi Cancellus inhærentes animadvertit, Pinnae statim labra morfu vellicat, illa eo signo admonita concham occludit, atque ita esculentis potitur: eo vero custode privata, brevi, ut Aristoteles asserit, tempore deficit. Hoc idem habemus apud Ciceronē, cuius verba repetere non fuerit importunum. *Pinna duabus grandibus patula conchis cum parva squilla societatem coit comparanda cibi: itaq, cum pisciculi parvi in concham innataverint, tum admonitu squille Pinna morfu comprimit conchas, sic dissimilibus bestiolis communiter cibus queritur.* Cancellum vero hujusmodi, tum à venatione, tum à custodia, Græci Pinnotherem & Pinnophylaca nuncupaverunt. Est hæc squilla parva admodum, quam nonnulli Parasitum piscem vocant: utpote qui sit dapis affectator: colore rubido est corpore perpusillo, cauda fere semper subter uterum, ubi coactus fuerit, incurvata.

*Pinna & Cancellus simul pini quid.*

AB INEUNTE ÆTATE LIBIDINOSUS. CAP. L.

**E** UM vero qui ab ineunte ætate ceperit in petulantiam lascivire, & munera Veneris exercere, per Pinnam factus ostentantem suos intelligebant: conchula enim hujusmodi in concha genita, antequam excludantur, inter se quamprimum coire dicuntur, ut non immerito concha ipsa sit Veneri dedicata, atque eam ex concha genitam veteres fabulentur. Concha itidem Cyprum delectam canunt, quod nonnulli ad salacitatem referunt, quæ concitetur ex earum cibo: non secus enim ac ostrea, libidinosa esse perhibentur.

*Cur Concha Veneri dicata.*

DE OSTREIS. CAP. LI.

**I** Lla enim Hellepontico ludibrio, ne Deo dicam, ita dedicantur, uti Concha Veneri putarim ob earum copiam, quæ Lampfaceno littore, totoque Helleponto ingens est: unde Ityphallico veteris Poætæ ipsi Priapo dicto, ita legitur:

*Nam te præcipue in tuis urbibus colit ora Hellepontia, cæteris ostreosor oris,*

**D** qui versus apud Terentianum reperuntur.

HUMANUM GENUS. CAP. LII.

**P** ER ea vero dicta sculptave humanum genus significari, Philosophorum antiquissimi tradiderunt. Hinc divinus Plato humanum genus Ostreorum simile esse dixit: nulla enim potuit similitudine nostræ imbecillitatis naturam significantius explicare, cum Ostrea indichum esse dixit animi in corporis carcerem & tenebras coniecit: ita enim Deus corpori animam adglutinavit, ut necessarium sit hominem corporis affectibus tangi, vel invitum. Quid vero aliud illa vel divina, vel stellaris essentia scintilla hic patitur, nisi quod dum corpori adhærescit, & vinculis se coerceri sentit, & in quodam obscuritatis carcere detineri: unde fit, ut sæ plerumq; immemor originis, modo sensui se modo appetentiæ subjiciat, & alieni facta juris, cum materia, cui adglutinata est, rapiatur in præceps.

*Ostreorum mystica explicatio. Pulcherrima parans.*

Uu 2

Pisca-

Nam sicut nos a testa testudinem sic Græci ὄστrea δότω τῶν ὄστρεων, id est, ostreas à testis dicunt.

Piscatore igitur Petro opus est, qui nos aut scopulis avulsos, aut, de imo maris fundo erutos, Afferenti nostro littora reviventi, penitentia prunis asfos in escam apponat: ut ita absumpti in ipsius Divinitatis amplexu, ad sublimioris vitæ confortia transeamus. Quod vero testam Ostrea pro pelle habent, quæ sine eorum interitu auferri non potest, eorum sunt hieroglyphicum, qui nec squamas ignorantia deponere possunt divinis admonitionibus quantumlibet instituti, nec cultum spiritus suscipere patiuntur: qui quidem, ut Hierosolymitanus Hefychius ait, etsi in mari Baptismatis inveniuntur, etsi in fluminibus Penitentia: abominabiles tamen sunt, cumque vitam fortiti sint in sacri lavacri tinctura, vocationem tamen regenerationemque corruperunt, dum neque pinnulas, neque squamas inducere procurarunt, sublimem videlicet vitam, cognitionemque divinorum, quæ celestis est: sed obccæcato corde in ignorantia voraginibus detinentur, & propterea in his, qui squamas habent nequaquam adnumerantur. Quare Paulus fornicatorem, avarum, idolis fervientem, maledicum, ebriosum, detractorem, legum bonorumque morum corruptorem, à fratrum commercio submovet. Ostrea enim hæc sunt, & id genus reliqua, quæ sine squamis & pinnulis esse deprehenduntur.

DE LOCUSTA. CAP. LIII.

Pisck, inquam, ex genere crustaceorum.

Locusta quid juncta Polypo significaret, eo loco declaratum, ubi Polypi significata recensuimus. Quid vero ipsa per se significet, nunc dicendum.

SEDITIOSUS. CAP. LIV.

Sic enim Hesiodus.

Popularis seditionis studiosum hominem significare qui volunt, Locustas duas marinas sese invicem incurstantes pingunt: videre enim est sæpe universas, tamquam gregis collegium celebrare, dimicare interim inter se cornibus Arietum modo, ac mutua flagellatione invicem ferire, & genuinum est civibus, inquit Pindarus, invicem invidere.

TEMPERANTIA. CAP. LV.

Ἐπιδοτε τοῖς τοῖς γείτων, amulus est vicinus vicino.

Quoniam vero incidimus in Locustam, nominis adducti similitudine, quid per terrestrem etiam significaretur, explicabimus. Ophiomachum, quem alii Stellionem interpretantur, nos terrestrem Locustam esse comperimus. Per hanc Ægyptii modestiam, temperantiam, atque continentiam intelligebant: quippe quæ nequitia virtutes opposita sunt: ea siquidem Serpentem oppugnat, voluptatem quippe terræ prorepentem allidit. Ipsa autem crura habet, quæ corpusculum alte tollant humo, à terraque interim eorum innixu resiliat, & feratur in sublime, collisoque Serpentis capite intellectui proximior fiat, qui quidem terrenis obrepere nescius, ab iis disjungi abalienarique, assidue meditetur. Non dissimulabo hic sacra lectionis locum, de Præcursoris victu, quem constans fama est Locustis vesci solitum, ἡδὴ τῆ ἀκρίδα, ὁ πρὸς δὲ αὐτῶν, καὶ μὲν ἀγροῦν. Sunt qui ab Locustarum campestrium intellectu abhorreant, cauliculosque herbarum nescio quos, quod eodem illi nomine nuncupentur, pro animali comminiscuntur, quibus noster ille veritatis Præcursor vesceretur. Atqui Diodorus, & alii authores gravissimi, populos in Æthiopia quosdam agnoscunt, qui non alio quoquam cibo utantur, quam Locustis, ob id Acridophagos appellatos. In India quoque gentem, quibus Manprorum nomen Clytarchus & Megasthenes dederunt, Locustis ali Agatharchides & alii prodiderunt, trecentosque eorum vicos annumerant. Est autem hæc viridis, & prioribus pedibus longissima, usque admodum gracilibus, quos motat assidue. Manifestissime vero in hoc Præcursoris cibo Locustam animal agnoscit Adamantius, dum undecima in Lucam homilia dicit: Nos D habuit domesticum mel, & humana diligentia percolatum, sed sylvestre, minus quippe jucundi saporis: ut pote qui eo ad vitam tantum usum & necessitatem, non ad delicias uteretur, ex aliis vero non grandis pingue ullum, quo se liberius invitare posset: non acris volam, quæ cibum praberet delicatorem: sed exiguum admodum volvere, quod vix à terra surgeret, saltimaretque potius quam volaret. Qui plura quartamur? constanter afferitur, Locustas ejus fuisse cibum, parvulum animal, & illi satis mundum.

Ut Suidas & quidam alii.

FAMES. CAP. LVI.

Sunt qui per hujusmodi Locustam famem intelligant: propterea quod magnam satis inferant calamitatem, cum agminatim innumerabili aliquando multitudine congregatae segetes invaserint.



**A**rint, magna clade radices abrodentes: quare Divinatrix apud Theocritum dicitur. Cum enim apparuerit, famis est prænuncia. Multa Locusta hujus significata ponit Eucherius, sed quoniam nullam super illis causam addidit, in quo nos præcipue versamur, ea prætermittenda judicavi: unum illud tantum tangam, quod per comparationem Resurrectionis Dominicæ similitudo quædam sit, cum assultum Philo dicat per Locustam significari: nullum enim è terrestribus animal tanta se pernicitate proripit in saltum, si corpusculi rationem habeamus. Sed hæc alii viderint.

PEDES. CAP. LVII.

**I**nvenies in Divinis literis aliud Locustæ hujus hieroglyphicum, ut apud Salomonem Ecclesiaste, pro Pedibus poni, eo quod animal id pedum longitudine pro corporis modulo omnia excedit animantia. Scriptum igitur: *Florebit amygdalum, & impinguabitur Locusta*: hoc est, supervenient cani, & pedum accedet tumor, podagra scilicet, quæ plurimum aetatem grandiozem infestat, quod nos à sexto supra quinquagesimum quatuor jam annis non sine cruciabili dolore, acerbissimaque studiorum jactura cogimur experiri, hæreditate hoc ab avunculo relicta, & una cum accepto ab eo sacerdotio miserabiliter alita. Alibi tamen Salomonis verba ex Hebraico codice diligentius examinavimus, quod super his varia est multorum interpretatio.

DE COCHLEA. CAP. LVIII.

**A**ddetur his Cochlea, inter esculenta piscium vice pauperibus accepta: quæ tamen olim altis effecta, illataque mensis, Romanas delicias auxit.

TERRENIS ADDICTUS. CAP. LIX.

**P**er eam divinæ lectionis interpretes fere omnes animum terrenis affectibus mancipatum intelligunt, inde similitudine libenter sumpta, si quem sensui deditum, ut voluptatibus brutorum instar in hæsitantem ostendere voluerunt. Hesiodus eam felici compositione *Φερόικον* appellavit, quam domiportam dicere possemus, quod ita sit domui suæ applicata, ut eam secum assidue portet.

*Ad hoc forsan facit Plutar. in lib. de amore divitiarum.*

DE SEPIA. CAP. LX.

**S**epiam quidem inter crustacea recensere minime congruum videbatur: quia tamen dorsum ofleo illo integumento instar clypei munitum habet, huc ipsa etiam transferetur.

PULCHRA IN COEPTA TURPITER CEDENTIA. CAP. LXI.

**I**D vero præcipuum super Sepia significatum apud Ægyptios sacerdotes erat, ut per eam significarent hominem, qui multa, pulchra & magna polliticus, daturus omnino speciosa virtutis exempla videbatur, & per summam inde ignominiam fœde lapsus, omnium fefellerit expectationem: ea enim cum spectandam se venatoribus præbuerit, simulatque in se acie instrui conspexerit, & classicum cani, atramentum in aquas evomit, quibus infectis, demptaque ita venatoribus congregiendi copia, elabatur. Quod si inter fugiendum acciderit, ut aperto iterum campo deprehendatur, statim in effusam atramenti nubem se recipit, atque ita sæpius ac idemdem frustratur venatoris spem nullam sui facta copia ut deprehendi possit, idque non in congressu tantum facit, sed plerumque etiam lu-

*Κοκλίσ*  
*βίβλ.*  
*Cochlea*  
*βίβλ.*

*Hæc Plin. lib. 9. c. 29. Hinc Horat. in Ser. Hic nigra succu lolliginis.*

THETIS, ET SIMULATIONUM INVOLUCRIS ORTECTUS. CAP. LXII.

**H**ujusmodi vero occultationis causa confictum à Græcis crediderim, Thetim in Sepiam commutari solitam, dum vel eluderet, vel serio fugitaret Pelea illam insequentem. Nam & promontorio cuidam in Jolco Sepiadi nomen inditum, ubi factum hoc perhibent. Ita deniq; hominem, qui

*Nat. Com. Mythol. lib. 8. cap. 2. ex Zen. histor. Ab Chilz.*



qui multis simulationum involucris tegeteretur, essetque occultæ multiplicisque naturæ, per pictam Sepiam notabant.

MENDACIUM. CAP. LXIII.

*Huc spectat quod Maceon apud Athenæum de Sepia. Quia cum sit piscis, sola album nobis atrum.*

**A**lii mendacium ex hoc figmento intelligi volunt: propterea, quod ut Grammaticus Tryphon ait, οὗ τοῖς ἐχάτοις μέγιστοι μελανέται καὶ ἀμαυροῦται, in extremis quippe partibus nigrescit, & obscuratur. Callidi enim impostores, mendaciorumque confectores, solent semper aliqua prædicere, quæ vera, clara & aperta videantur, quibus inspectandis dum oculi sunt intentiores, altitudo mendacii nubem offendunt. Quoniam vero atramentum id, quo sese occultit effuso, in cauda est, ea de causa Melanuros appellatur. Atque hoc Pythagoram intellexisse volunt cum præcipit, μη γὰρ εὐχὴ τῶν μελανέγων, de iis, quæ nigra sunt cauda gustandum non esse. In hanc sententiam præclare Cicero ad Q. Fratrem: *Multis enim simulationum involucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur uniuscujusque natura, frons, oculi, vultus persape mentiuntur, oratio verissimissime.*

IMPROBITAS. CAP. LXIV.

*Hor. i. Ser. Nigri seu atris hieroglyphicum.*

**Q**uod tamen symbolum Plutarchus libro *De libris educandis*, ita interpretatur, ut subostendat edicat commercium cum improbis non habendum, eos scilicet, qui à virtute ad turpitudinem se recipiant fugiendos. Nam & apud Romanos, nigrum vel atrum pro moribus infamibus & perniciosis accipitur. Hinc illud divulgatum: *Hic niger est, hunc tu Romane caveo.* Porro dies atris quibus infauti inauspicati, lugubres, & infelices appellantur: quamvis nostri vulgo dies atros intelligunt, qui jejuniis destinati sunt, quibus quidem & corpus macerandum, & à carniū deliciis præcipitur abstinendum.

LITERÆ. CAP. LXV.

*Contra. Atrum ἄνιστον ἢ ἀνιστόν ὀκία γένει album atrum ageve. Plut. in Pericle.*

**Æ**gyptii sane cum literas significare vellent, juncum, cibrum, & Sepiam ponebunt, de quibus sigillatim disputare alterius loci est: nam eorum omnium, quæ literas & diciplinas indicarent, certum conscripsimus commentarium. Quod vero ad Sepiam attinet, quæ pro Theca atramentaria poni solita sit, ac perinde literas scripturamque ipsam significet, non apud Ægyptios tantum habetur, verum & apud nostros, uti Persianum illud ostendit:

*Tum quaritur, missus calamo quod pendeat humor, Nigri quod infusa vaneat Sepia lympha.*

Atramentum sane Græci σηπίονον appellant, Tholus vero est Aristoteli, qui Σεπία inest. Hesichius ex eo vocabulo turbamentum interpretatur: id enim πῦργος γένει ostendit.

VIRI AMOR IN MULIEREM INFIDAM. CAP. LXVI.

*Auxilium mulieri à viro, non viro à muliere.*

**S**unt qui amorem conjugalem in viro firmum, in fœmina lubricum, significare si velint, Sepiam stridente confosam, pro istiusmodi rei hieroglyphico faciant: propterea quod in eo genere, si fœmina percussa fuerit, accurrit mas opem allaturus, fœminæque quacumque potest ope auxiliari contendit: quod si mas ictus fuerit, fœmina sui tantum sollicita, quamprimum fuga sibi salutem quarit.

TEMPESTAS. CAP. LXVII.

*Plin. i. 9. cap. 29.*

**S**unt & tempestatis argumentum Sepiæ: nam pictæ, ita ut in aqua summum exiliant, magnas procellas paulo post erupturas indicant. Causam reddit Plutarchus: quia cum mollia omnia frigore impendio caveant: hæc una præcipue cum sit ea carnis nuditate mollitieque: neque testa, neque pelle, neque squamis munita, sed unum tantum tegumentum osseum in dorso sortita, tempestatem facillime præsentit: igitur veluti frigus evasura, neque non agitationes, quæ in imo mari fiunt, exilire, & commodum illud videntur evitare. Quare Polypus etiam pari propemodum mollitie præditus, ad terram properat, seque petris alligat, ventorum jamjam adventantium portentum.

DE PURPURA. CAP. LXVIII.

*Longitudi- ni digitali.*

**I**n hunc gregem veniet & Purpura, suis & ipsa significationibus insignis, de animali quidem, non de colore, qui loco alio tractandus est, præfens erit examinatio.

**A** Maledicum hominem probos improbosque æque carpentem significare qui volunt, Purpuram exerta pingunt lingua, quæ quidem illi tam acuta & valida est, ut ea & conchulas, & quascumque sui generis testas perforare possit: quæ cum ita sint omnivoræ, frequens illud in edaces dictum emanavit, *Purpura vomitor*: de quo apud Athenæum plura comperies.

DE GULA MULTATUS. CAP. LXX.

**A** Tque inde sorte proverbium, quod Purpuræ plurimum per linguam escas inquirentem capiuntur. Et qui hominem qui de ganea penas dederit significare volunt, conchylium hujusmodi nasæ per linguam applicitum pingunt: siquidem ejus captura in hunc sapius efficitur modum. Parvæ densæq; admodum nasæ Strombus piscis includitur, hunc avidissime captat Purpura, quem si mulac illuc oclclusum olfecerit, in certa per nasæ juncos lingua eum assequi contendit, dumque ille volutatione luctatur, ea magis ac magis linguam protendit: accidit vero ut in eo conatu tumefiat, ut nulla eam extrahendi copia relinquatur, atq; ita detenta per linguam captiva fiat. Verum hoc picturæ genus in hujusmodi significatum aliter etiam figuratur, conchulam quippe pingunt, quæ Purpuræ linguam morfu comprehenderit. Piscatores siquidem cum purpuram norint concharum passionem avidius appetere, has in nasas magno numero coniectas in mare demittunt, oblongo tunc ad nasas alligato: sentiunt optatam escam Purpuræ, porrectisq; intra nasarum juncos linguis, eas infestant, at illæ aculeo extimulata incolumitati suæ consulturæ contrahunt sese, corticibusque clausis morfu perquam acri linguam infestam comprimunt, pertinacissimeq; detentam haud quaquam amittunt, atque ita pendentes sua captæ aviditate Purpuræ tolluntur.

UNO EXANIMATUS ICTU. CAP. LXXI.

**H**ominem vero înteremptum uno ictu ostendere qui volunt, Purpuram saxo elisam pingunt: siquidem infestiores ajunt, quas Purpuras in artis suæ usum parant, saxo uno ictu collidendas, unde subitarius ille sanguis ad tinctum optimus emanat: quod si ictu sefellerit, neque Purpura statim exanimata fuerit, frustra repeti, quia præ dolore sanguis in universum corpus diffusus evanescat. Hinc ajunt Homerum totiens de iis, qui valido aliquo vulnere perempti fuerint, Purpurea eos morte sublatos dicere: quem imitatus Maro, nunc *Purpuream vomit ille animam*, nunc quid hujusmodi sepe protulerit. Quamvis ad sanguinem, in quo anima sedem habeat, Servius hoc referri putat, de quo satis in Accipitris commentario dictum.

SECESSUS. CAP. LXXII.

**S**unt qui secessum per Purpuram ostendant: propterea quod Purpura non nisi in imo reperiatur pelago, unde verbum apud Apollonium Argonauticon primo, *πορφύρεον*, quod purpurascere dicere possumus, ubi profundum esse interpres exponit, ea quam memoravimus Purpuræ naturæ reposita. Hinc mare purpureum, pro profundum, Poetæ sapius posuere.

DE ECHINO. CAP. LXXIII.

**M**arinus huc Echinus obvolvitur, lenticulari propemodum figura, cochleari crosta, scabritie varia: crebris lineamentis rectilineis, quatenus in spherica figura fieri potest, picturata iisdem quibus terrestris armatus spinis, verum iis micantioribus, & nunc cocco, nunc purpura, nunc puniceo colore splendescentibus, qua parte rostrum à medio ventre exerit reductior, à tergo gibbosior: atque is est, de quo Martialis ait,

*Cortice deposito mollis Echinus erit.*

DIFFICILIS ATQUE MOROSUS. CAP. LXXIV.

**A**tq; ut ad ejus significata jam aggrediamur, hominem qui cum difficulter, vel nulla unquam ratione consuetudinem inire possit, ex hieroglyphico ejus commonstrabant: quippe quem qua tractare volueris, asperitate renitentiaque, horridum experire, atq; itidem ex hoc asperitatem eam, quam Horatius damnat, agrestem, inconcinnam, atq; gravem, per hoc animal notabant: nam & nomen illi *ἄσπερον* *ἄσπερον* *ἄσπερον* pleriq; impositum asseverant, quia scilicet haberi non possit propter

*Athen. lib. 1.  
Dipon.  
ἄσπερον  
ἐσ. τὸν  
πορφύρεον  
Plin. lib. 9.  
cap. 36.  
Quomodo  
capiatur  
Purpura.*

*Purpurea  
mors cur  
distat.  
Encl. lib. 9.*

*Virgilius 4.  
Georg.  
In mare  
purpureum  
violentior  
insuet.  
mna. Et Cl.  
tero mare  
purpura  
tere ait.  
2. Act.*

*Unde Fro-  
serbiam:  
Exlivg  
ραχί-  
τη  
Echino  
asperior.*

Vel quia  
Graeci  
χινοί,  
hirtum  
vocant.

propter spinas, quasi Latine vel is intractabilem dicere: quamvis sunt qui de nomine id sentiant, ut Echinum dictum velint, *ὅτι τὸ ἔχειν ἐαυτὸν ἀφαιρῶν τῶν σαρκῶν ἐσῶν*, quod scilicet ita sese colli- beat, ut nulla carniū appareant vestigia neque figura.

JUDICIUM SEVERITAS. CAP. LXXV

**E**Rant autem apud veteres vasa Echini nomine nuncupata, quae scilicet animalis istius imaginem referebant, quorum in iudiciis erat. Sane iudices, de quibus Pollux meminit, ubi de dietis & dicastis agit, Echinum ahenum, aut opere sicili factum habere consueverunt in quem testium dicta, scriptaq; iudicia conicerentur: ex quo significabatur, non licere cuiquam impune illis manus ad- movere, neq; invertere, aut immutare quicquam, sine gravi supplicio.

NAVIGATIO TUTA. CAP. LXXVI.

Plin. lib. 9.  
cap. 31.

Echinus au-  
guriorum  
interpreti,  
praesertim  
navis.

**S**unt etiam qui per Echinum tutam navigationem intelligant; ille siquidem imminente tempe- ste, quam non secus ac terrestris ventos praesentit, attractis lapillis sese munit, arenaq; navium in- star saburra, ne vi fluctuum ulla versari iactarive possit: id enim maxime cavet, ne aculeis exar- matus. Basilus Magnus audisse se proficitur a quodam rerum maritimarum peritissimo, qui diceret, habere se pro comperto, Echinum cum ventorum perturbationem savissimamque maris praesensisset, calculum correptum haud exiguum subisse, seque sub ipso tanquam anchora stabilivisse. Sane quidem nautae simulac eos id facitare conspiciunt, futuram hoc indicio ventorum agitationem, tempestatemq; praesagiant, navigiaq; continuo pluribus anchoris infranant. Admiratur Aristoteles in Hexamero, quo ingenio is ista collegerit, quo doctore praeperit, quis ei fuerit auguriorum in- terpres. Falli saepe homines aere perturbato, quod plerunq; res sine tempestate succedat, non fal- li Echinum, & homini rationis participi documento esse. Unde animali tam exiguo tanta scientia, non modo quod futurum est infortunium ante praevideat, verum etiam qua ratione impendenti, periculo sit obviam eundum, non verbis, non sophismatis, non ambagibus oratoris, sed re ipsa commonstret?

MACILENTIA. CAP. LXXVII.

**A**dhac macilentissimum hominem per idem animal intelligebant, cui quidem sit hoc peculiare, aut nullam intus carnem contineat, foris & spinulas & crustam, uti dictum, cochleariam tantum habeat, inveniuntur in eo tamen nigra quaedam vice carnis, quae utcumq; sint, a ganeonibus tamen expetuntur. Quod vero ad macilentiam facit, eum ad annum integrum ajunt abstineri cibo. Non relinquam intactum, quod apud Eustathium legi, interna ventris Echinum appellata, unde Callimachus:

*ὄντε μάλιστα βοῶν ποθέσσαν ἐχίνον.*

*De Bove quem cupide magis affectantur echinum.*

Idque ea de causa, quod intra se cibum contineat, quod praecipuum est ventris munus.

INSTAURATIO. CAP. LXXVIII.

Echini mira  
restauro.

**E**xercitum, aut quid huiusmodi ex dissipatis reliquiis instauratum, si quis pingendo significare voluerit, non imperite Echini marini dilaniationem quandam figurabit: ille enim in frustra dis- scerptus, si projiciatur in mare confluentibus sponte in unum partibus, iterum committitur, & efficacissime solidescit.

DE CONCHYLIO. CAP. LXXIX.

**C**onchylium quoq; aliquid habet, quod *ἰσχυροφικῶς* accipi potest: tamen si animal ipsum non admittatur, sed quos generat uniones.

LACHRYMÆ. CAP. LXXX.

**S**unt qui gemmas omnes in ornatu Veneri debere putent: quod scilicet eam maxime complere esse debeat, & deliciis omnibus affluentem. Gemmae tamen aliquot sua quaedam habent signifi- cata, veluti Uniones, quos lachrymarum symbolum esse plerique prodidere: sumptum scilicet a con- jectoribus, qui lachrymarum profluvium per visas in somnis margaritas ostendi tradunt: nam & apud Suidam legas, *μαργαρίται δηλοῦσι δακρυῶν ῥόον*,

JOAN.